Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ, Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

§. 9. Principium 9. Lex pænalis non urget conscientiam, donec proferat Judex sententiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48233

Visual Library

Satisfacere præcepto audiendi Miſſam, ſi voluntariè Miſſam audierit,uti Suar. Sanch. Bonac.d.1.de leg.q.1.pu.10.n.10.& alii docent.

Deducitur 2.Eum,qui vovit peregrinationem, Satisfacere ſuo voto, etiamſi ſine intentione voti adimplendi peregrinationem peregerit, uti iidem cum Vaſq. Laym. Azor. Leſſio & aliis docent.

Deducitur 3.Etiam eum, qui die Feſto audivit Miſſam cum intentione aliam audiendi, vel non ſatisfaciendi præcepto,adhuc tamen probabiliter ſatisfacere legi,uti iidem ſentiunt.

§. IX.

PRINCIPIVM IX.

Lex Pœnalis non urget conſcientiam donec proferat Judex ſententiam.

Senſus.

Hoc eſt,quando lex decernit pœnam, quæ in executione ſui actionem Hominis requirit, non obligatur Reus ad pœnam talem executioni mandandam, donec ad eam per Judicis ſententiam damnetur.

Authoritas.

Deſumptum eſt ex generali doctrina Theologorum teſte Bonac. d. 1. de Leg. q 1.pu.7.§ 2.n.8.& Suar.to.1.de Relig.tr.3.l.4.de Simon.c.43.n 13.

Ratio.

Tum quia odia ſunt reſtringenda, uti in lib.6.decret. ult.reg.15,dicitur; tum quia uſu & conſuetudine, quæ optima eſt legum Interpres receptum eſt, ut nullus ſe privet ſua re ante Judicis ſententiam; tum quia alioqui leges nimis duræ viderentur; hinc Layman l.1.tr.4.c.15.notat, etſi interdum in lege addatur, ipſo jure vel facto incurri pœnam, tamen horum verborum benignam interpretationem faciendam,& ſententiam Judicis poſtea latam ob Juris diſpoſitionem idem operari, ac ſi tempore commiſſi criminis lata fuiſſet.

Præ

Praxis.

Hinc deducitur 1. Beneficiatum poſſe retinere Benefi- donec declaretur delictum, propter quod ipſo facto pri- tali beneficio, uti Azor. Sylv. Molin. Salas apud & Bonac. di. 1. q. 1. pu. 7. §. 2. n. 11. docent.

Deducitur 2. Eum, qui commiſit delictum Hæreſis, non ad bona ſua Fiſco applicanda, donec Judex ſenten- ferat, uti idem Bonac. l. c. n. 20. docet.

Deducitur 3. Poſſe eum, qui ob delictum privandus eſt ea ante ſententiam Judicis perinde diſtrahere ac dona- ante delictum patratum poterat, juxta eundem Bo- l. c. n. 14. & alios.

§. X.

PRINCIPIVM X.

Extra Territorium Ius dicenti impunè non paretur.

Senſus.

Hoc eſt, quando Superior aliquis in loco ſuæ Jurisdi- non Subjecto aliquid præcipit, tum hoc ipſo non obli- tale præceptum, atque adeò ſine metu culpæ & pœnæ gitur.

Authoritas.

Deſumptum eſt ex cap. anim. 2. de Conſtitut. in 6. Item fin. ff. de Jurisd. illudque approbant communiter Do- teſte Bonacina d. 1. q. 1. pu. 6. n. 59. ubi ait, à Salas ultra quaginta Authores pro eo citari.

Ratio.

Tum quia, ſicut agentia naturalia, ita & Principes ha- Sphoeram ſuæ activitatis; tum quia præcepta localia & directè reſpiciunt Territorium, eique ſunt affixa, que non obligant niſi exiſtentes intra tale Territo- rium.

Praxis.

Hinc deducitur 1. pœnam ab Epiſcopo per Statutum de-